



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

X. De natis ex libero ventre.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

c. 1. h. 1.

**O**Mnino, adeoque & contradic-  
tibus atque invitis dominis: ut tunc  
per hoc servus non liberetur a debitis  
consuetis servitiis domino exhibendis.

1. *Quid si liber homo contrahat cum  
vel ancilla?*

Distinguendum est. Vel enim liber  
homo scivit eam esse ancillam, & contraxit  
matrimonium: vel ignoranter contraxit  
cum ancilla, credens esse liberam; in  
casu matrimonium est nullum, & potest  
qui cum ea contraxit, postquam in-  
scivit servam esse, ab ea separari, & cum  
alia contrahere. Nisi eandem, postquam  
rescivit esse servam, cognoverit contra-  
heri, quam tunc tenetur uxorem habere:  
quia apud Christianos matrimonium  
consistere potest etiam inter liberum &  
servam, quamvis aliter se res habeat in  
civili.

c. 2. h. 1.  
Inst. De  
nupt. in  
princ.

De natis ex libero ventre.

TIT. X.

1. *Natus ex libero ventre, id est, matre libe-  
ra, patre vero servo, an liber erit vel  
servus?*

Instit. de  
ingen. &

**H**ic liber erit & ingenuus: quia  
hucus sequitur ventrem, id est, con-

nam matris, quando quaritur de servi-  
tute vel libertate.

*l. 2. §. 5. D.  
De statu  
hom.*

2. *Quid si pater fuerit liber & mater  
serva?*

Jure quidem communi ex matre ser-  
va natus censendus esset servus, secun-  
dum jam dictam regulam: attamen si  
consuetudo Provinciae contra ferat, ea  
non est improbanda, ut scilicet partus  
conditionem patris sequatur, natusque  
ex libero & ancilla sit liber, & ut liber ma-  
trimonium contrahat. Idq; favore liber-  
tatis, pro qua in dubio respondendum est.

*3 sup. De  
conjug. ser  
l. 20. De  
R. I.*

De Cognatione spirituali.

TIT. XI.

Nihil aequè impedit matrimonium  
contrahendum, aut dirimit contractum,  
aut cognatio: eaque late patet, ut neque  
cum cognatis spiritualibus, neque cum  
cognatis legalibus contrahere liceat.

1. *Quid est Cognatio & quotuplex?*

**C**ognatio (generaliter accepta voce)  
est vinculum quoddam eorum, qui  
unum quasi nascendi initium commu-  
ne habent: idque vel naturaliter ex  
V 2 Jure